



 EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

Vito VITEBERG.

SIGNAT. clio CCCXIII.



Encomium Musicae

PRO ACQUIREN-
DO TITULO BACCALAU-
REATUS 19 MAIi ANNO 1609 in
Collegio Carolino dictum

&

*NOBILITATE VIRTUTIS, DOCTRINA
Consilijq; Gravitate præstantissimis Viris,
Civibus Consularibus Reipub.*

*Vodnianensis dignissimis
NOBILI Dn. MATTHIAE SKALÆ A ZHO-*

RZE, S. C. M. Judici

Dn. TOBIÆ SUSSICZKY, &c. PRIMATI

Dn. ADAMO SENIORI HIPPIO, PATRI
honorando

Dn. VENCESLAO MSSSENSKY &c.

Dn. THOMÆ HERSTEINSKY &c.

Dn. SEBASTIANO KEIMARSKY STRAKO-
NICENO

Dn. CHRISTOPHORO SCHOPPERGERO
PRACHATICENO

Dn. JOHANNI DOCTORIS PLENERO Syndico

Dn. JOHANNI MITI PRAGENO &c.

Mecenatibus ac Amicis in debitæ observan-
tiæ testimonium loco Streñæ in novi Anni
1610 felix auspicium dicatum

Tobia Adalberto Vodniano.

Music

Jove

Ille

affla

faver

quidn

tima,

lit opu

udatr

mag

bilius

c sacr

c Mu

vinis

c luv

vinas

m ser

es bla

on sen

plorere

arum

ta ser

Met

usica

torem



Musicæ Prosopopœja

Excito surgentes, levo curis strata, petentes
Do mentes latas, ad cantum accendo Prophetas.
Canticò ad arma viros affectus excito miros;
Incito torpentes, paci lito, paco furentes

J. C. V.

Pythagorei cythara excitari, & dormi-
turi, si quid turbidum in animo residebat,
profligare, solebant.



Quæstio

Musica an quicquam datum homini jucundius?
Jove principium Musæ Iovis omnia plena
Ille colit terras, illi sunt carmina curæ.
afflat nostris occultus sensibus ignes
favet Musis, & ab his quam dicimus artem,
quidni, quod fecit, amet? Sic omnia fecit
tima, quæ fecit! Sic nullum carpere livor
sit opus Domini! Sed in illis Musica tanquam
udatrix operum tantorum prima locetur,
maḡ cantetur. Nam quid jucundius illa
biliusq; datum? quid item præstantius unquam?
c sacris Divos hymnis extollit ad astra,
c Musæ ad Cantus incensa altaria circum,
vinis ad sunt facundæ pectora verbis.
Iuvenum, Chorus, ille senum, qui carmine laudes
vinas canit, hoc usū se Musica jaclat
in serâ corda domat dulcis modulamine cantus.
es blanda canor! tu cum solare laborem
in sentitur onus, per te sua pignora matres
plorent, placant. Tu cum medicina doloris,
arumq; levamen ades mens nube, fugata
ta serenatur, diffundit Musica vultus,
Melancholiæ Phlegetontis balnea pellit.
Musica grata DEI cantat præconia Patris,
toremq; suum miro dignatur honore.

A 2 Affice

Aspice cum Christum parit intactissima virgo
Quis canor Aligerum sub amanis concrepat astru
Proga dato quae fert gratantia carmina Nato.

Non homo sed lapis est cui sordet Musica dulcim du
Quia Dominum celebrat flammantis cætus Olym
Quā nostrum genus, & variæ circumq; supraq;
Affuet æripis volucres & fluminis alveo,
Hac Philomela refert vocum discrimina mille
Hac merulus modulans odas decantat, eadem
Vere calente novos componit Acredula cantus,
Cantus, quēis hominum longe solertia cedit.

Musica delectat corpus, subigitq; feroce,
Expugnatq; animos movet inflamatq; jacenti
Ne frangat via longa pedes, cursumq; moretur,
(Quod monet Andini cultissima Musa Poëta)
Cantantes, licet usq; (minus via lædet) eam
Musica Musarum de nomine nobile nomen,
Hæc Physis ipsa hominē docuit, gens prisca proba
Hæc in pace homines levat, in bello fugat hostem
Signit amicitias, pellacem Dæmona pellit.
Ad Dominum retrahit mentem Cælestium inan
Hac olim Sophia pars omnis dicta, Physisq;
In primis. Sic ad mensam Didonis Jopas
Errantem Lunam cantat, Solusq; labores,
Quid tantum Oceano properent se tingere sole
Hyberni: vel quæ tardis mora noctibus obster.

His alijsq; potens est Musica laudibus; & nos
dulcem, tam jucundam spernamus. at inquis,
servant animos Cytharae. Cantusq; Lyræq;
Cyræis effamines acrius herbis
ntus, quem Phrygium dicunt: sit Lydius asper,
q; minax, nomenq; trahat de nomine Bacchi.
olius tumeat, moderaminis inscius, audax,
lascivus, ut est jucundus, Ionius; at qui
gravis, atq; truces animos & pectora mulces
rius, hinc pueris illum discentibus aptum
ribit Aristoteles. Pius est Hypolidius, uides
lacrymas ciet: est etiam marentibus aptus
ntus hypophrygius miseris sapit ille querelas,
mentis ululans, & fæmineo ululatu.

Damnetur sane tibicina, tibia buccam
flans in morem ranae, procul ore Minerva,
Eta solo jaceat, neq; digna placere putetur,
annetur cantus per noctantis parasiti,
quicquid poti insanum cantantq;, boantq;
gravis in circa damnanda est Musica, laudes
ata sonare DEI, secludere pectore curas,
fectus mollire, animos hilarare? quid ultra
puehor? à Dominocui sunt data carmina, cui vox
DEI magnifica prece numen adora,
Deo cane vota lubens, sic deniq; victor
terram inutilo carmen cantabis, Olymbo.

PRIMÆ LAURWÆ

HONESTI AC ERUDITI JUVENI
D. THOBIÆ ADALBERTI VODNIANI
Scholæ Adalbertinæ in Nova Prá-
gá Rectoris Vigilantiss:

Sub Præside

CLARISS. Viro DOMINO M. IOH. CAN-
PANO VODNIANG ACADEMIÆ PRAGENSIS
Decano, Collegij Angelici Præposito indu-
strio, 19. Maij Anno 1609 acquisitæ
APPLAUSUS
ab Amicis scriptus.

I
Lle tuus Collega tuo quoq; favit honori,
Quem nuper diræ Mors dedit atra neci,
Quando meus lauro donabitur, inquit, amicus,
Vix capier fastus arx Carolina meos.
Senserat illi etiam titulos fera Parca parari,
Quos, inquit, fastus denotat iste suos?
Mox jaculum insultans prostrato incorpore figit,
Atq; ita jam fastus ponito quæso tuos.
Thobiæ titulos per nos, Campane, licebit
Ut dones, sed nos huic dabimus tumulos

Talib

Falibus exarsit furijs, sic saeva tonabat
Parca venenato non bene Parca sono.
Quod licuit fecit: tu miti es nomine tutus,
Tobia, atq; novolatus honore micas.

M. Laurentius Benedictus.

Laudatas veluti volueris lunonia pennas.
Explicat, & formā quæq; superbit aves.
Sic quoq; Suffeni tricas vendendo retortas
Ingenij exponunt sordida vela sui:
Contemnunt alios, titulos venantur opimos,
Et tumidē tantum propria facta canunt.
Externos sic dum nimium mirantur honores
Nil planē internæ sedulitatis habent:
Dumq; volunt magni, docti, clariq; vocari,
Plebeculæ sunt fabula bella levius.
Hi nunquam Aonias possunt attingere sedes,
Has quia sedudum jam tetigisse putant.
Hi medio nolunt nec possunt currere cursus
Semper at implunes sydera celsa petunt.
Tutamen adversam teneascum in pectore mentem.
Ingenijq; feras mitia flabra tui
Non teipso Clarius attentas judice sedes,
Pulsus atq; doctis tendis ad astra virū.
Fortius ut tendas, Clarios querasq; recessus
Adjiciunt stimulos laurea ferta graves

Provocat

ENI
ANI
á-

CAN
NSI
lu-

us,

it,

alib



Provocat hoc etiam docte Musa Magistri
Cujus Pegaseum sumis ab ore decus
M. Procopius Pæonius.

Nescio cur alijs Vodniana superbiat arvis,
Solaq; sic Clarium provehat illa decus
Nam quoties castris doctas sociare phalanges
Phæbus aget, toties, qui gerat arma, vides.
Uponanos cogit cives in bella ruentes,
Barbaries ut sic vita labore gemat.
Nec frustra: novit quā stat, quantumq; merentur,
Præmia dat duro digna labore legi.
Fæta etiam Lauru nunquam pereuntia summo
Hic Capiti tribuit justa brabeia, dari.
Quis inter Celebres nunc Phæbi antistite pugna
Campano Civù, docte Thobia, meres.
Quite jam fortis meritis pro talibus orner
Tempora quod sacra Daphnide vineta probant.
Tum modo fac partis his ut potiâre trophæis
Ipsa velut Virtus, & Ratio ipsa jubet.
Perge decus Patriæ claris, extendere factis,
Quā tua laus magnis parsit ubiq; Viris.

M. Daniel Wratislau.

Museus.

Musæus

Bæotis ñdisor æidew

Musica perplexas tollens modulamine curas
Culta venerando semper honore fuit.

Quam tu limatis quia laudas versibus; illam
Tobia quod ames versibus usq; probas.

Verba ea sunt, melius res hunc declarat amorem
Harmonicis ludit cum tua Musa modis.

Ludere sic pergit feliciter: Una movendis
Apta hominum est animis Musica, & una placet.

M. Paulus Stransky.

Vppltere XCeL so sceleris se Det aethere VInDeX
InspICIt, e XCV Ltas qVas gerit orbis opes.
Assidet huic superum pia turba frequensq; Deorum
Avultusq; Iouis pendet & arbitrio.

Alteraturba studet celsum concendere Celi
Culmen, vicinis par sit ut ipsa suis.

Cornibus extensis cernentes lumine Panes
Stant Superos, sed humum nō supera astræ, colūt.
Cerne genus triplex: Hominum, Heroumq; Dèumq;
Vitæ, sed pariles ordo, gradusq; negant.
In Cælis requies, usus rerumq; bonarum
Gaudia, Semideis iurgia nulla Viris.

Delitiz quibus est humus, ac humana probare
Cernere eis calos, non sed, adire, datur.

A s

Falladis

Palladis hoc triplicis signat triplex genus hortas.

Cultores generis triplicis atq[ue] notat.

Invi[ti] Pallas personam Corpore gestat.

Castalios juvenes qui regit arte, Iovis.

Denotat expertos, rerum Sophiae Magistros.

Quae resides Superis cetera turba Deum.

Non abre caelo Doctos fulgere corusco.

Vt jubar aestivo tempore, scripta docent.

Et studiosa Cohors Zelo virtutis anhelans

Quae parat ad Superos altera turba viam

Cogitur & multas C veluti per saxa, per ignes.

Miles it) adversâ sorte, viare vias.

Capripedes altis Panes cum Cornibus infra,

Qui spectant Superos lumine humumq[ue] pede.

Instatos, Sophiae contemptoresq[ue] rudesq[ue]

Intus honoris honoris agit quos malesanus amor.

Cornua qui frontis gestant sermone superbae,

Et Sophiae campos se peragrare putant

Auritum velut pedibus prendunt sed Asellum.

Cornuta expertos fronte, sed arte rudes

Qui contemplantur celsi juga lumine Pindi.

Ingenio prendunt inferiora, notant.

Invasit non te sic non ambitiosa voluptas

Telluris nec te servidus uscit amor.

Durantis celsum speculando culmen honoris,

Qui fuerat Doctis hac datus ade, Viris.

Sudasti

Sudasti quærens aditum per teſqua laboria.

Quæs datur Aonios poſſe videre Deos.

Ecce patent aditus, reſerat quoſ cura laboṛa.

Ingredere, & Virtus quod dicat, illud habe.

Durus erat labor hic molli insignite corolla.

Jam ſuperum vultus lumine cerne Deum.

VIVE DIV preCor ID: VI VaXt lbi g LorJaſt Vrgit

Vtere ea: & CLarlo ferto hoLoCausta Choro.

Aliud ejusdem:

A Vdio quem ſuavi dulcedine promere cantus?

Qui novus hacludit Musicus ille Lyra?

Tune ſinu Phæbi doctarum egressè ſororum?

Musicanos quid ſit tune ne docere paras?

Quodq; alij ſparſim quondam docuere canendo

Quando doces junctim quis neget anne ſapiſ?

O ſapiens docto profectus Carmen ab ore!

O vox Dircei, Mercurijq; Lyra!

Orphi Callipea: Lino adſit Apollo ſubinde.

Non te carminibus, vincet uerq; ſuis.

Hi quamvis domuere tygres rapidosq; Leones.

Fecere et cantu, mollia ſaxa, ſuo.

Tu tamen hos tantum ſuperas virtute canendo.

Materiā quantum commodiore cluis.

Hi cecinere Dijs cæno, vel marmore factis?

Viventi laudes tu modulare DEO.

III

Hic hordis sueti nugae, apinasq; sonare:
At tu corde sacrum carmen & ore canis
O vox grata DEO, vox quorum gratissima mundus.
Musica Divorum, Musica noster amor!
Est Consolatrix subtristis Musica Mentis
Et tutum vita, Pharmacon illa, gravis.
Haec consoletur nostras hic unica Mentes
Tristitia a nobis, lata ferendo fuger.
Frid: Krop: Albinus ex tempore fundebam.

Est onus omnis HONOS, animo quē parturit acer:
Vita nec hunc unquam desidiosa capit.
Si cupid; oppositos quia respuit usq; LABORES,
Nobilis, haud poterit cernere, quid sit HONOR
Non nisi VIRTUTIS magno sudore paratur
PALMA: sed ignavis nulla Corona datur.
Hinc te solertem, Palmam cui donat honoris,
Cultorem THOBIA, PALLAS amica, probat.
PALMAM promeruit PIETAS: quam nutriet ille,
Quem modo CAMPANO præside carpis Honor
Sume decus PHOEBI neconus fugito istud Honoris.
Hoc dulcabit HONOR, quem pia VITA parit.
Elias Nysselus Truthn.

Nobile par VIRTUS Arsq;! haec Dux illa coruscās
Lux animi, via hac regula & illa pia!
Hac

Hac specie motus, Specie hac promotus, asylum
Et vitæ & mentis nobile & acre geris.
Hoc gladio larvas, telis his Gorgonis ora,
Serpentes, Hircos, Geryonesq; domas
Ergo age, Lux Phœbi Thobia, procul ocia vita
Quæ prohibere solent altius ire, fuga.
Arte vide, fugiens somnis obstacula restant
Ad culmen Pindi nam graviora Sacrum.
Vencesil: Achilles, V.

Ad Ornatissimum Dñum THOBIA
ADALBERTUM VODNIANUM SCHOLÆ D
ADALBERTI Majorisin Nova Praga Rectorei indu
strium Musices Encomium Typis evulgantem.
A rtibus in reliquis Cælo sata Musica præstans
Præcipuam laudem cur mereatur, habet.
Namq; puto, humanae non est pars unica vita
Indigeat quæ non istius Artis ope
Seu quem languor habet morbi, sit Musica præst
illa tui Morbi grande levamen erit.
Vexant Te curæ, requiem, vis! Musica adesto
Protinus illa sua Te relevabit ope!
Cui cor bile tumet, vel mentem insaniam tardat
Excitat tantum Musica sola malum.
Et quid opus verbis! res Phœbo notior ipso
Musica quam cunctis sit Medicina malis.

Vider

Viderat hoc ætas priscis majoribus! idq;

Expressit doctis ingeniosa modis.

Orpheus cum Uatem doct' a testudine, finxit

Ludentem sev'as per domuisse feras

Quo modulante truces leporem fore vere Molossi

Damaq; cum sev'a Tygride tut'a fuit.

Et placidum nautis favit mare, torpuit

Et cursum Lymphæ detinueré suum. (Hebrus

Innotescerant quæ dudum vertice, montes

Duritiem Cytharæ deposuere sono.

Thracius hæc vates potuit (si credere fas est)

Quid Tua Thobia Musica docte, potest

Ille feras domuit, Tu fletis carmine Iovam

Dum superis quæ sint grata tanenda, paras!

pse, Tuæ quoties hausi aüre melismata Musæ

Hic dixi, patriæ, lux modo vivat, erit.

Ec fatis est artem, quoq; docto carmine laudas

Cura materies quæ tibi semper erat.

Ignūm laude puto, cui talis fama paratur

Cuiq; annos longos Calliopeja facit.

Faciat vox eo, patriæ Te crescere nostræ.

Famaq; det metris congrua puncta Tuis:

Laurea

Laureæ ejusdem.

Quam Tibi collata est Campano Præside laurus
Egregios olim texerat illa viros.
Hæc illi forti pro Marte brabeja ferebant
Virtutis signum grande, decusq; sue.
Tu Laurum crepero non Marte, sed arte parasti
Thobia Phæbi surculæ gratae sacri
Rideat, hæc aliquis Bardus ceu nuper ineptus
Assuetus buccâ dira boare suâ
Cujus non sapiunt nisi bella meraca palato
Antyciræ profert qualia pinguis ager.
Tu quid ad hæc ceu par es, fortius attrahे lorū
In stadio & studij currere perge, sacri
Altera Philosophi meruerunt symbola; fient
Et tua si cæptum continuabis iter.

Ad Patriam Vodnianam.

Fertilis es Vodnana satis, (nam plurimus humor
Fertilis agricolis adjuvat ut sit ager.)
Fertilis es campus, Tibi copia plurima frugum
Quæ gignit tellus usibus apta Tuis.
Fertilis es, multos tibi gignunt flumina Pisces:
Quæ sunt eximijs fercula grata Viris.

Fertilis

Fertilis es, Tibi sunt qui publica munia curer
Nixa quibus casum non gemitus ægra, grata
Fertilior fies simul & Tua gloria; si non
Dura Tuis Natis ferre negabis opem
Id debes præstare Tibi ne patria desint
Qui fama cupiant astra ferire Tuā.
Si facies; merita es quare Vodnana feraris
Fertilis, & tanti nominis omen habes.

Martinus Mylius Vodnianus

FINIS

1815
Ung V 110

ULB Halle
007 382 049

3



VON Z



Farbkarte #13

B.I.G.

Black
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

Encomium Musicae
PRO ACQUIREN-
DO TITULO BACCALAU-
REATUS 19 MAII ANNO 1609 in
Collegio Carolino dictum

&
*NOBILITATE VIRTUTIS, DOCTRINA
 Consilijs Gravitate præstantissimis Viris,
 Civibus Consularibus Reipub.*

Vodnianensis dignissimis
NOBILI Dn. MATTHIAE SKALÆ A ZHO-

RZE, S. C. M. Judici

Dn. TOBIÆ SUSSICZKY, &c. PRIMATI

Dn. ADAMO SENIORI HIPPIO, PATRI
 honorando

Dn. VENCESLAO MSSSENSKY &c.

Dn. THOMÆ HERSTEINSKY &c.

Dn. SEBASTIANO KEIMARSKY STRAKO-
 NICENO

Dn. CHRISTOPHORO SCHOPPERGERO
 PRACHATICENO

Dn. JOHANNI DOCTORIS PŁZENO Syndico

Dn. JOHANNI MITI PRAGENO &c.

Mecenatibus ac Amicis in debitæ observan-
 tiæ testimonium loco Strenæ in novi Anni
 1610 felix auspicium dicatum

Tobia Adalberto Vodniano.

